



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Auaritia displicet Deo p[ro]p[ter] quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

ego irascor super omnes gētes opulē-  
 entas. Et Esaias. Propter iniquita-  
 tem auaritiæ iratus sum, & percuss-  
 i eum. Sed de hac materia in se-  
 quenti capitulo abundantius tracta-  
 bitur. Tertio, quia Diabolo mul-  
 tum placet. De hoc etiam in sequē-  
 tibus clarius dicitur. Quarto, quia  
 homini multum nocet. Hoc etiam  
 in capitulo de malis auaritiæ copie  
 sus tractabitur.

Esa, 57o

*Auaritia displicet Deo pro-  
 pter quatuor.*

**P**rimo, quia auarus sibi appro-  
 priat ea quæ data sunt ei à do-  
 mino, cum ipse nihil habeat à  
 semetipso. Vnde Iob dicebat. Nu-  
 dus egressus de utero matris meæ,  
 & nudus reuertar illuc. ideo Isydo-  
 rus dicebat. Circumspice te ipsum  
 o homo, nil tibi arrogas, quæ in te  
 sunt, præter peccatum, sed omne bo-  
 nū quod habemus, à deo habemus.  
 Legimus et in ultimo Paralip. Tua  
 sunt omnia, & quæ de manu tua ac-  
 cepimus, dedimus tibi. Idcirco Pau-  
 lus concludebat. Quid ergo habes  
 quod non accepisti, & si accepisti

Iob, 1o

Isyd.

Para, ul-  
 timo.

1. Co, 4

CHRISTIANA

cur gloriaris quasi non acceperis?

71. 2. 2

Orig.

Sæpe enim Dominus dat bona temporalia ut attrahat homines ad pœnitentiam, ueluti Orige. dicit. Copiosa bonitas dei, quæ multis peccantibus multa bona ministrat, blandiens ut ad pœnitentiam attrahat; dat etiam temporalia ad dispensandum, non ad dominandum. Iam nō

Hieron.

sunt tua quæ possides (ait Hieronymus) dispensatio tibi credita est. Et

Auguf.

sanctus Augustinus dicit. Fecit Deus pauperem, ut probet hominem, & fecit Deus diuitem, ut probet illū de paupere. Vnde sciunt auari, quia omne quod retinent ultra necessitatem suam, ad mortem suam retinent, quia diuitiæ, & pauperes in die iudicii contra eos clamabunt. Vnde D. Iacobus dicebat ad diuites.

Iac. 5.

Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris &c. Et D. Bernardus dicebat.

Bern.

Clamant nudi, clamant famelici, & conqueruntur dicentes. Nobis fame & frigore miserabiliter laborantibus quid conferunt tot mutatoria uel extensa in perticis, uel plicata in manticis, nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitis, quod inaniter expenditis, &

1. Cor. 13.

sumus plasma deo, & Christi sanguine

I  
guine  
solum  
non  
mias. L  
tia tua  
gustū  
Christi  
quod d  
mibi n  
do, hab  
debito  
cio.  
mandu  
ignem  
deo au  
scitur.  
Adimp  
eleuau  
mei. N  
inhere  
tem q  
auctor  
re uale  
despici  
ei uili  
magis  
zgrum  
inde fi  
Auarit  
tem. E  
litur, c

guine redempti . Secundo quia non  
 solum sua facit , sed Christo peten-  
 ti non tribuit . Sicut inquit Hiere-  
 mias . Locutus sum ad te in abundan-  
 tia tua , & dixisti non audiam . Au-  
 gustinus loquens de auaro dicit .  
 Christus tibi dicit , da mihi de eo  
 quod dedi tibi , de modo quaro , &  
 mihi non das , de modo da , & red-  
 do , habuisti me largitorem , fac me  
 debitorem ; ideo dicit eis in iudi-  
 cio . Esuriui & non dedistis mihi  
 manducare , &c . Ite maledicti in  
 ignem æternum . Tertio displicet  
 deo auaritia , quia per eam obliui-  
 scitur . Osee decimotertio dicitur .  
 Adimpleti sunt , & saturati sunt , &  
 eleuauerunt cor suum , & obliui sunt  
 mei . Non . n . uidere deum potest , qui  
 inheret terrenis ; nec qui felicita-  
 tem quæsitam in terris inuenit ,  
 auctorem qui eam tribuit , quære-  
 re ualet . Quarto , quia auarus Deum  
 despicit . Tunc Deum despicit , cum  
 ei uilissimam creaturam postponit ,  
 magis enim diligit denarium , uel  
 agrum , seu domum , quam Deum , &  
 inde fit idolatria , sicut dicit Paulus .  
 Auaritiam idolorum esse seruitu-  
 tem . Et August . ait . Ab homine co-  
 litur , quod præ ceteris diligitur .

Hier. 22

Augus.

Mat. 25

Ose. 13.

Eph. 5.

Augus.